

Aduertencias para

Clavis autem scientię dicitur potestas & au-
toritas Sacerdotis quam habet ad cognoscen-
dum in confessione omnia peccata, tā occulta
quam manifesta, id est au&oritas qua potest
Sacerdos peccatorem compellere ut sibi ma-
nifestet omnia peccata. De qua re satis differūt
Doctores in 4. in materia de Clavibus, dist.
20. 21. 22. &c. Potestas autem iurisdictionis
[que simpliciter est necessaria, & requisita ad
ab soluendum aliquē a peccatis] potest haberī
dupliciter. Vno modo ex officio : alio modo
ex commissione illius qui potest committere.
Ex officio habet hanc potestatem primo Pa-
pa qui est Christi Vicarius interris super omi-
nes Christianos, nullo excepto. Deinde habēt
hanc potestatem vniuersi Episcopi, vnuſquis-
que supra suam Diœcesim seorsum & sigilla-
tim. Tertio loco habent hanc potestatem vni-
uersi Plebani seu Parochi supra suas particula-
res Parochias, vel Ecclesias sibi commissas
particulares. Igitur vniuersi alij confessorij
qui non pertinent ad aliquem horum trium
iurisdictionem debent accipere & petere, sci-
licet à Papa vel ab Episcopo, vel à Plebano.
Hi enim tres tantum possunt illam commit-
tere, vnuſquisque respectu suorum subditorū.

¶ Secun-